



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De vario ac dißimili statu hominum. cap. xciiii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

PARALLELORVM LIB. I.
A DE VARIO AC DISSIMILI STATV
hominum. CAP. XCIV.

V E M A D M O D V M non omnes facies inter se similes sunt: sic etiam Pro.
nec hominum corda similia.

Non omnia omnibus expedient: nec omnis anima omni re dele- Eccl. 37.
ctatur. Non omnia omnibus conuenire existimandum est.

B Non una esca placet mortalibus omnibus: omni
Congrua Christicola vita nec una viro est.
Vtilis est cunctus fletus, labor, excubiaeque,
Imperio affectus atque tenere feros:
Et tumidum ventrem compescere, sequre Tonanti
Subiicere, extreum p[er]que timere diem.
Si summum exacte tentas iter, haud homo iam tu
Es mihi, verum aliquis de greg[e] caelicolu[m].

Naz. in
Car. devi-
ta itin.

DE IVSTIS AC PROBIS VIRIS.
CAP. XCV.

C O VIT Dominus qui sui sunt: & sanctos ad se suscepit. Num. 6.
Qui dilectus est a Domino, habitabit confidenter: & Deus glori- Deut. 33.
ficabit eum omnibus diebus.

Dixit Dominus ad Samuelem: Surge, vng[ue] Dauid, quia bonus es. 1. Reg. 16.
Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen Psal. 36.
cuius querens panem. Iusti hereditabunt terram. Salus iutorum a Domino,
& protector eorum in tempore tribulationis. Iustus ut palma florebit, sicut 91.
cedrus Libani multiplicabitur. Lux orta est iusto, & rectis corde latitia. Ge- 96. 11.
neratio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiae in domo eius, &c. Exortum
est in tenebris lumen rectis corde, misericors & miserator & iustus Dominus.

In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Vox exulta- 117.
D tionis & salutis in tabernaculis iutorum. Dominus diligit iustos. Non fame 145.
necabit Dominus animam iusti.

Fons vita in manu iusti. Thesaurizatur iustis opes impiorum. Iutorum Pro. 4.
semita quasi lux splendens procedit, & crescit usq[ue] ad perfectum diem. Septies 24.
in die cadit iustus, & resurget. In bonis iutorum exaltantur ciuitates: & per os 11.
impiorum euertuntur. Probi viri habitabunt in terra: & innocentes relinquuntur 2.
in ea. Habitacula iusti benedicentur. Labia virorum iutorum stillat gratias:
& ex gutture iutorum manant gratiae. Radices iutorum non euellentur. Do-
minus iutorum benedicentur. Qui planè cernit, misericordiam consequetur.

Qui recte ambulat, timet Dominum. Qui citra reprehensionem in iustitia
E conuersatur, beatos liberos relinquit.

Bono homini in conspectu suo dedit Deus sapientiam & scientiam & letitiam. Eccles. 2.
Iutorum animae in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Vi-
si sunt oculis insipientium mori, & existimata est afflictio exitus illorum. Et ab iti-
nere iusto abierunt in exterminium: & quod a nobis est iter exterminij: illi autem
sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalita-
tate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tenta-
uit eos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, &
quasi hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum. Iusti autem in
perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Dei:
quoniam dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defendet eos. Iustus, si 4.